

Vua in speciē. Apes dicuntur facere ostenta glomerata in figurā botryonis, siue uue pedibus per mutua nexis. Iuuenalis. Examencq; apum longo cōfederit uua Culmine delubri. Vergilius. Vuam demittere ramis. Colum. lib. 9. cap. 9.

Vua ollares. Scriptores Vuas ollares uocant, quæ in ollis fictilibus condite perennant, & sunt durabiles. Hinc illud Horat. Venūcula cōuenit ollis. De ollarib. Vuis ait Papinius in Endecasyllabo. Ollares rogo non licebat uuas. Quidam creta figulina uuas illinunt, siccatasq; sole suspēdunt, in usu diluentes cretam. Liguria uuas sole siccatas iunceis fulcris inuoluūt, aut ipsius uitis, aut fici. Ollares Vua, hoc est, in ollis seruata, os, stomachumq; & auiditatē excitant: paulo tamen gratiores existimantur fieri uinaciorū halitu. Galenus eas celebrat, putatq; saluberrimas. Docet suo in loco Columella, quemadmodum ollæ fictiles parandæ sint, quibus uua condite seruentur. Colum. lib. 12. cap. 43.

Vuea, tertia oculorum membrana.

V V L

Vulcanalia, dies feriatu, Vulcano dicatus dicitur. M. Varro. Vulcanalia a Vulcano: q; ei tum feriæ, & q; eo die populus per se ignem annalem mittit. Plinius. Vulcanalibus lucubrare incipiebat studendi causa. Columella lib. 11. cap. 3.

Vulgares morbi sunt, qui secundū quædam tempora, eodem in loco plurimos mortalium inuadunt.

Vulpis, et quadrupes bestia et piscis genus. Plinius lib. 9. cap. 43.

Vultures, notæ aues, cadauerū sectatores. Plin. lib. 10. cap. 6.

Vulua, seu Matrix, extrinsecus neruosa, intrinsecus autem carnosior, & est receptaculum foetus.

Vuluam Græci nunc mitram dicunt, nunc *ύστέρα*. Describitur a Galeno *άγγειου κεντηριου*, id est, uas foetum conseruans. Ad summam exactius scrutati, utrū uuluam, aut uterum appellemus eam partem, quæ mulieribus ad pariendum natura data est: rursus, utrum numero plurali uuluas, aut uteros: an singulari uuluam, aut uterū nominemus: sic de nominibus rixari præter ea quæ dicta sunt, Galenus pronunciat esse stultum, de locis affectis lib. 6. cap. 5.

Vulpina affectio, græce *άλωπεκίασις*.

Vulturni, uenti orientales.

Vuluulosa stomachi affectiones sunt, subuersiones eius fortes & uehementiores. Sic Aecius appellat serm. 9. cap. 10.

V Z

Vzi, Zinober.

X A L

X *άλασις*, laxatio, sanationis genus, apud Paulum lib. 1. in cura defatigatiōis, qua tētio sentitur.

Xanthion, Lappa inuersa. Dio. li. 4. ca. 139.

Xanthium, Lappa, apud Aeciū ser. 11. ca. 5.

Xanthophanes, Sideritis. Dio. li. 4. cap. 36.

X E N

Xenocrates, & ipse non mediocri studio in re medica exercitatus. De Theriacis scripsit nonnulla, & simile quoddam Andromacho præparauit antidotum. Galen. lib. de Theriaca ad Pisonem.

Xenophilus Medicus, citatur ab Orisasio, deinde ab Aecio serm. 11. cap. 12.

X E R

Xerampinus color. Lege, Ruber.

Xerantes, i. Mandragora. Dio. li. 4. c. 79.

Xeris, idem quod Iris syluestris, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 25.

ξηροφθαλμία, genus aridæ lippitudinis, ubi nec tument, nec fluunt oculi, sed rubent tantū, & cū dolore quodam gestiūt, & noctu prægraui pituita inarescūt. Celsus lib. 6. ca. 6. Signa eius infirmitatis sunt. Rubēt cilia: nitrosæ, falsæq; lachrymæ distillant ex ipsis angulis oculorū, ac ueluti ulcera fiūt.

ξηροτριβία, frictio sicca, quæ fit extra balneū, calidis fomentis & puluere. Gal. 4. Meth.

ξηραντικά exiccātia, uel medicie exiccātes.

ξηραίνντα, sicca, & siccantia.

X E S

ξέσματα, ramēta. *ξέσματα κολοκυντίδος*.

X I P H

Xiphias, piscis nomē, qui alio nomine Gladiolus, duo, ut inquit Aristoteles, habens rostra, sed dentibus carens.

Xiphidion, Sparganion. Diosc. li. 4. ca. 24.

Xiphondes. Vide, Chondros.

X Y L

Xyloaloe. Lege, *άγάλλοχου*.

Xylobalsamum, id est, Balsami lignū, cuius precium lege apud Plinium lib. 12. cap. 25.

Dioscor. lib. 1. dictione, Xylobalsamon.

ξυλοκινναμώνου. Lege, *ψευδοκινναμώνου*.

Xylocolla, Gluten uulgare, apud Dioscor. lib. 3. cap. 100.

Xylon Scythicum, id est, lignū Scythiū, Tapfia, apud Dioscor. lib. 4. cap. 159.

ξύλῳρια χλωρά, uirentes surculi, seu cremia uirentia.

X Y R

Xyris, syluestris Iris, Diosc. lib. 4. cap. 25.

X Y S

ξύματα, intestinorū in dysentericis uelut ramēta, alias strigmēta. Vide, Strigmēta.

Xyftici, uel spiculatoris medicamina quædam, citantur ab Aecio ferm. 10. cap. 26.

Z A

Zador, Zeduarā, interprete Aecio ferm. 11. cap. 12.

Zalia, Laurus Alexandrina, apud Dioscor. lib. 4. cap. 148.

Zapetion, compositionis genus est ex moscho, agallocho, & orientali succino. Est etiam illud, quod ex mure odorifero colligitur: dictum & Zibectum. Vide Herm. Barb. Coroll. 20. lib. 1. Lege, Net.

Zaritheia, Poligonū, apud Diosc. li. 4. ca. 5.

Z E

ζέα, Rosmarinus fructifera,

Zea duorū generum est. Vna simplex: alia in geminis putaminibus, grana bina iuncta gerit: ob id Dicoccos appellata. plus quæ hordeū alit, ori grata. Diosc. lib. 2. cap. 99.

Plin. lib. 18. ca. 8. Nostri speltę semē uocāt.

Zeduarā, Lege, Zador.

Zenonem illum Herophili discipulum, citat Galenus libro Definitionū medicinæ.

ζεφύροι, ab occasu uenti.

Zerraneola, auicula galeritæ similis, nisi quæ capite in terram nidificat.

Zerma. Non existimo differre ab impetigine: licet Zermę nomen ei tantum, quæ ad hulus peruenerit, falso adaptent Barbari.

Zestolusia, feruentis aquæ lautio.

Z I

ζύγιε, Cassia adulterata, & reiecticia. Lege, Casia.

Zinziber, uel Gingiberis, sui generis planta est, in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens. Qua uirente, ad multa perinde ad quæ nos Ruta, utuntur. Huius radices Cyperi modo paruę sunt, candicantes, & odoratæ, atque piper sapore imitatur. Eligi debent quæ teredines nō nouerunt. Diosc. lib. 2. Plin. lib. 12. cap. 7.

ζίτα, id est, spelta.

Ziziphum, arbor non pridem in Italia nota: ex Syria enim ad nos peruenit. Puto id esse quod Zizipha creat.

Z O

ζομήρισις, instrumentum aquinarium, per quod inquit Paulus, pueris supinis ori imponitur clysteridion, fortem habens auliscum: atque per id aloë eis inseritur, ut uermes eijciant.

ζωμός, id est, brodium, uel ius.

ζώμος εκ τῶν νεαρῶν ἰχθυῶν, brodium ex recentibus piscibus.

Zonitis, Cadmię species. Diosc. li. 5. ca. 75.

Zoonychon, Leontopodion, apud Diosc. lib. 4. cap. 132.

Zoophthalmos, Semperuium, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 91.

ζωόφυτα, id est, plantamina, ab natura inter animal, plantaque ambigua. Philo. de mun.

Zopissam aliqui aiunt, inquit Dioscorides, derafam nauibus resinam cum cera, quam alij Apochyma appellant, & dissipandi naturam habet. Diosc. lib. 1. Plin. lib. 16. ca. 12. efficacior omni resina & pice traditur.

Zopyron, Clinopodion. Diosc. li. 3. ca. 108.

ζώπια. Lege, Zopissam.

ζώσις, ignis sacri genus, hoīem ambiēs, teste Plinio, qui & enecat si cinxerit. li. 26. ca. 11.

Zoster. Lege, Ignis sacri.

Z V C

Zucharum. Lege, ελαιόμελι.

Zucharum Candiæ. Ibidem.

Zuccarum Candi, id est, candidum, ad modum Cristalli. Sic enim Saladinus.

Z Y

Zygis, Serpillum, apud Diosc. lib. 3. ca. 44.

Zygnis, lacertarum generis, apud Aristot.

Zymites panis, panis fermentatus.

ζύγγυβες, falsum cognomen pseudocinnamomi. Sed est Xylocinnamomum præbens quandam Cinnamomi faciem.

ζυγγύβες. Lege, ψευδοκινναμόμου.

ζύθος εκ τῆς κριθαί, potus ex hordeo. Fit & ex hordeo potus, quem κέρμι uocāt, eoque sæpe potu pro uino utuntur: uerum dolo rem capitis mouet. Græce ποκάδιον.

C A R G E N T O R A T I

apud Ioan. Schottum. 14. April.

Anno Christiano. 1534. 7

Manardus in epistolis
de hoc aliqd. hinc. Vm
Philippus Epigrammati
apud Græcos scriptor fr
simus inter cocoyu
uasa. Vultano deditata
ζωμήρισις ueritet
et per epitheta. propri
medū uidet indicari
qualonā uasis gong
mullugat. Extat ritu
lo 17. lib. 10. Idem
manardus.